

Asir filiū Cethir; & filiū Amer. Diximus igit̃ eis: ^{ut} quādo lege-
 runt hoc coram Mahometo: Et omnes dixerūt / q̃ non: fed co-
 ram senioribus: et sic usq; ad Mahometū. Firmum autem est:
 q̃ hi nō conuenerūt cū senioribus prioribus in littera quā nūc
 tenent. Quod probatur ex eo: q̃ littera primę partis cōtraria
 est parti secunde. A tempore enim Mahometi nullus peritus
 fuit Alcorani / nisi Audala filius Mesetud & Zeith filius Tam-
 peth; & Ocanan filius ophyn & filius Oenpe filius Tap. De
 Alete autē filio Abitalem: quidam dicunt scire partem / quidā
 autē non. Quilibet autē horū composuit Alcoranū aliorū Al-
 corano dissimilimū. Pugnaverūt autē & inter se usq; ad mor-
 tem / non suscipientes quæ erant aliorum. Post mortē dissen-
 sit populus in Alcorano usq; ad tēpus Mermpan filij Elecen:
 qui composuit eis hoc Alcoranū quod nūc habent. Cōbussit.
 autē & alia alcorana. Et tunc etiam ciuitatū prefēcti septem cō-
 tradicebant sibi in grāmatica & pprijs idiomatibus. Inueni-
 mus autem in eorū historijs / q̃ repudiij capl̃m excedebat capi-
 tulū bouis: quod primū in ducētis triginta sententijs fuit: nūc
 autē totū cōstitutū est in duodecim. Dicunt autē alij: q̃ & ca-
 pitulū bouis aliquādo mille sententias continebat: hodie tamē
 octoginta septem. Referūt etiam & de quodā potenti / noie El-
 gas: q̃ abstulerit ab Alcorano octogintaquinq; sententias: &
 addidit alias totidem alterius sensus. Quomō igit̃ est verum
 quod dicunt de Alcorano: q̃ deus dicit / Nos descendere feci-
 mus monitionē: & nos eam seruabimus. Narrant etiā quēdā
 historie: q̃ Mahometus veneno mortuus est: nec habuit po-
 pulus Alcoranū. Cū autē Empeumpecer susciperet principa-
 tū: precepit ut quilibet colligeret quæ posset: & hoc quid est
 pre manibus Alcoranū composuit: reliqua autē cōbussit. Sed
 in capitlo Elamram de Alcorano dicit: q̃ nullus preter deum
 cognouit huius expositionē: & qui profunditatē sapiētie ha-
 bent / dicunt Credimus ei: totū enim est a nostro deo. Et vere
 in hoc libro multa sunt sic dispersa / sic inordinata: sicut etiam
 supius manifestum est: ut nullam sententiā dicāt: dementiam
 potius & mēdacia cooperiant. Factū fuit / q̃ conuenerūt hoc
 esse Alcoranū / quod nūc in manibus habent: & dicunt deum
 Mahometo reuelauisse / & scripsisse ex ore dei; Elphocaa autē /

manus

Contrarie
tas i Alcorano.

Alteratio
Alcorani.

confutatio.

Obitus
Mahometi.

Confutatio